

persolvit, | qu[a]e precibus pap[a]e Leonis mei⁵ | [pro]vocata sunt atq. perfecta.

Romae in fronte ecclesiae S. Petri, in opere musivo (semel descripta ante saec. VIII ut videtur, servavit cod. Pal. Vat. 591, restituit et ed. de Rossi inscr. chr. II p. 55 n. 10, cf. Grisar roem. Quartalschr. 9, 1895 p. 261). — 1) expf' et cons' legitur loco non suo, ad indicationem loci adiunctum. — 2) A. 423. Idem memoratur supra N. 1285. — 3) apostasia traditur. — 4) inl. fe. legitur loco alieno (inter aplo et psolvit). — 5) in ei traditur. A Leone papa I basilicam S. Petri renovatam esse legitur in libro pontificali; ei Marinianum cum coniuge Anastasia opem tulisse hoc titulo discimus (de Rossi l. c.). De Mariniano cf. praeterea Duchesne lib. pontif. I praef. p. CXXVI.

8990		<i>(intra clupeum)</i>
.....	[f]erit geminum uno tempore vulnus	Fl.
.....	eans fit sine fine dolor	Amala
.....	[lac]rimas mox poscit et alter	Amalafri-
.....	a sed bonitate pater	da Theode- nanda ¹ c. f.
.....		

In vico agri Praenestini Genazzano in pavimento ecclesiae, Roma ut videtur ablata (de Rossi bull. crist. 1894 p. 77 tab. VIII). Buecheler carm. epigr. 1850. — 1) Nota est Amalafrida, regis Theoderici soror, mater Theodahati postea regis (Iordan. Get. 58, 299, Procop. Goth. 1, 3), secundis nuptiis uxor Thrasamundi Vandolorum regis. Ab hac regina, defuncta in Africa (Cassiod. var. 9, 1, Victor Tonnen. a. 523) haec sine dubio diversa, sed ex stirpe ut videtur eius, ex priore scilicet matrimonio.

8991	d. n. Honorio semper Aug.
------	---------------------------

(imperator, in altera tabella hastam et scutum tenens, in altera labarum et globum cum Victoria; in labaro scriptum) in nomine | XPI vincas | semper!

Probus famulus¹, v. c., cons. ord.²

Diptychon eburneum, Aostae in Thesauro ecclesiae cathedralis (V 6836 vidit Mommsen). — 1) Scilicet imperatoris. — 2) A. 406 (cf. supra N. 1268 fin. cum not.)

Videtur adnumerandum esse diptychis consulum quae dedi supra N. 1298—1312, sane ea re ab illis diversum, quod ipsi imperatori dedicatum est a consule, ideoque imperatoris, non consulis, imaginem exhibet.

8992	[F]l. Constantius ¹ v. c. ² , comes et mag. ³ utriusq. mil. atq. patricius et secundo ⁴ consul ordinarius.
------	--

Treveris, olim ad ecclesiam S. Paulini, iam in museo, in tabula lapidea incisum, saeculo, ut litterae indicant, circ. XII, sed expressum sine dubio ex inscriptione antiquiore quam restituit de Rossi (XIII 3674 cf. de Rossi inscr. chr. I p. 264. 579); expressum autem est, ut demonstravit Graeven Westdeutsche Zeitschrift 23, 1904 p. 24 seq., non ex monumento aliquo lapideo antiquo, sed ex diptycho eburneo, eius generis quae diptycha consularia appellantur; atque for-